Texto adaptado de *De bello civili* de Caesar para practicar los participios.

TEXTO 1

Pompeius operibus Caesaris permotus navium profectionem parare incipit. Sed antea portas obstruit et fossas transitas viis praeducit. His paratis rebus, silentio naves conscendere iubet. Brundisini Pompeianorum militum iniuriis permoti Caesaris rebus favebant . Itaque, cognita Pompei profectione, vulgo ex tectis significabant .

TEXTO 2

Eius adventu nuntiato, L. Plancus necessaria re coactus locum superiorem capit et diversam aciem in duas partes constituit. Commisso ab equitibus proelio signa legionum duarum procul ab utrisque conspiciuntur , quas C. Fabius ulteriore ponte subsidio nostris miserat